

enavigare incipiam, quædam ορθωγίας ἔνεκα & veluti  
ξεναγίας, qvorum consideratio Studia Auditorum juvare  
possit, Homerianæ nostræ Lectioni præmisero, qvibus ex-  
peditor & facilior, aut etiam jucundior. Bonis & Ingenuis  
Adolescentibus, qvi adhuc tanq;am Hospites & peregrini, in  
hujus gravissimi Autoris auscultatione sunt, aditus ad opus  
ipsum fiat, qvò rectius & majori cum utilitate in hoc navi-  
gatione versari possint. Loqvar ergò per Semihorium de-  
hoc Poësews Principe, ostendamq; (sed κατ' αὐτούσιον,  
multa, ut festinatib; accidit, sciens maximè prætervectus,)  
omnium scientiarum primordia, ubiq; in Homeri Poëmati-  
bus impressa conspici. Ubi qvidem Melesigenem non  
illis, qvibus mactandus esset, laudum encomiis extollam-  
si qvidem tantæ excellentiæ, qvanta hujus Poëtæ, omnium  
judicio est constituta, meæ deprædicationis tenuitas nullo  
modo est adhibenda; præsertim qvum superforanei sit la-  
boris, operæq; redundantis universis nota replicare, simili-  
terq; (ut optimus pessimi Discipuli Magister Seneca habet,)  
laudatio nimis sit reprehensibilis ac immoderata vitupera-  
tio. Verba ergò parcè, res ampliter loqvar. Vos. Audito-  
res Optimi, majorem in modum & oro & obsecro, ut bene-  
volè & attentiè de tanto Poëtā verba facientem auscultetis,  
rem suo pondere ad libellam obrussamq; rationis, velut ad  
illuminem aurificis stateram, pensiculatè expendendo, tem-  
pus, cuius πολυτελέστατην αἰάλωμα, frustri, minimè insu-  
pruri. Qvæso,

- - τόδε μοικευήνατ' εέλθωε,

In retantā, sicuti non adeò ex dignitate omnia dici possunt:  
ita qvum aliquam partem dixero, multum dixero: si non  
thesauros omnes, auri tamen vobis plurimum allatus.

In Poësi Scientias omnes consistere ac Artes, jamdu-  
dum Eruditiores abundè demonstrarunt omnes, adeò ut vel  
indeq; quasi ex fonte qvodam emanârint, vel in eam conflu-  
xerint.